

discrimen, inter naturam ipsam, & adhaerens ipsi vitium & ἀταξίαν.

60. Naturam enim & substantiam humanam, qualis ea in se est, talem condit, format, & conservat DEVS: ἀταξίαν vero sive ἀνομίαν & contagium Originale, ei adhaerens, minimè creat, sed in ea invenit & relinquit: quemadmodum & seminis humani corruptionem non operatur: sed invenit, & cum alia non sit, ex hac materia hominem condit.

61. Inferimus hinc, diversam esse rationem peccati Originalis in nobis, & in protoplastis.

62. In his enim transgressio actualis praecessit vitium Originis: quippe qui naturam habuerunt omnis mali expertem: transgressione autem praeccepti divini eam polluerunt. In posteris vero Adami omnibus, Originale malum, tanquam fons actualium praecedit.

---

Quaestio II. Principalis, περὶ τῆς  
τῆς ἑστ, Quid & Quale sit peccatum originis.

63. Quod in alijs scientijs locum habet axioma, ut ex habitu de privatione, & contra, de habitu ex privatione fieri possit iudicium: id in Theologia nostra, & quidem in praesenti quaestione locum merito obtinere debet.

L

Haud